



174
1.
2.
174
1.
2.
3.
4.



1744.

1. Balthasar, Augustinus: De jure hominum propriorum
in Pommerania p. I. in titulo juris personarum.
2. ^{2. aut 9} Ingelbrecht, Ann. Rom.: De steno a imperiali ordinaria
in Latum imperii. - . II: 2. 1744 & 1751.

1745

1. Balthasar, Augustinus: Origo orationum reformationis,
quarum pars: De officio studiosorum Gryphiswaldensium,
proferens: de privilegiis eorundem agit.
2. Balthasar, Augustinus: De vi matrimonii legitime
contracti.
3. Balthasar, Augustinus: De jure detractus quatenus
non Pommeraniae obtineat.
4. Eisen, Emanuel Christoph, von: De onere structurali
aedium sacrarum atque parochialium in Pommerania
praecipue Suelkice.

1746.

1. Balthasar, Augustinus: Programma, quo rector academiae Gryphicae, a festinatione gloriosae resurrectionis Salvatoris nostri . . . pie . . . celebrandae civis academicae excitat . . . et . . . de locis religiosis quaedam . . . adfert.
2. Balthasar, Augustinus: De terminis ac palatiis iudicialibus eorumque computatione, secundum stylium iudicium in Pomerania.
3. Balthasar, Augustinus: De iure hominum propriarum in Pomerania . . .
4. Schwarz, Albertus Georgas: De principibus veteris et de baronibus medicinae Pomeraniae Rugiaeque.

1747.

1. Hemming, Siegfried Coesq: De iure punito
2. Balthasar, Augustinus, de: De libris seu misculis ecclesiasticis simulque de salariis et accidentibus

clericorum nec non valore provinciali. V. stehet im
Königsbuch geschrieben.

LIBRIS PERSONARUM

PASSIDE

LIBRIS PERSONARUM

LIBRIS PERSONARUM



[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a letter or document.]

H
D
J



187
E. 25. num. 1. *Phi*
1745, 2 5

DISPVATIO JVRIDICA INAVGVRALIS

DE

**VI MATRIMONII
LEGITIME CONTRACTI.**

QVAM

ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS CONSENSV

P R A E S I D E

VIRO MAGNIFICO, EXCELLENTISSIMO

66. 2
DN. AVGVSTINO BALTHASARE

JCTO. P. T. ACADEMIAE GRYPHICAE RECTORE

ET COM. PALAT. CAESAR. REG. CONSIST. AC SOCIET. TEVT.

GRYPHISW. DIRECTORE. J. V. D. ET PROF. ORDIN.

FACVLT. JVRID. SEN. ATQVE DECANO.

PRO LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE JVRE CAPESCENDI HONORES

ET

PRIVILEGIA DOCTORALIA

D. XIV. SEPT. MDCCXLV.

ERVDITORVM DISQVISIONI


SVBMITTIT.

EMANVEL CHRISTOPH VON ESSEN

REG. CONSIST. SECRETARIVS ET

DICASTERII ADVOCATVS.

GRYPHISWALDIAE, LITERIS STRVCKIANIS.



V I R I S

ET MERITORVM GLORIA ET MVNERVM DIGNITATE CONSPICVIS,
EXCELLENTISSIMIS ATQVE GENEROSIS,

DN. HERMANNO HENRICO
AB ENGELBRECHT

SVM. REG. TRIBVN. WISMAR. ASSESSORI ILLVSTRISSIMO,
CONSVMMATISSIMO

DN. FRANCISCO JOACHIMO
NOBILI AB ESSEN

REG. DICASTERII POMER. SVETH. DIRECTORI
EMINENTISSIMO, GRAVISSIMO

DOMINIS, PATRONIS AC MAECENATIBVS, OMNI HONORIS CVLTV
ET VENERATIONE PROSEQVENDIS

SPECIMEN HOCCE SACRVM ATQVE DEVOTUM ESSE JVBT.

E. C. v. ESSEN.



IN OMNIBUS
NOBILITATIBUS
RECTORIS
UNIVERSITATIS

OMNIBUS HONORIS CAUSIS
SACRIS

DE DEVOTIONE LIBRE



in
tu
de
tri
vi
lic
m
&
cu
sp
Sp
ip
D
ta





CAPUT I.

DE

VERA INDOLE MATRIMONII ATQUE
SIGNIFICATU VOCABULORUM: VIS
AC LEGITIMUM.

§. I.



Differtationem hanc nobis inscribere placuit: *De vi matrimonii legitime contracti*. Videamus igitur primum, quid sit matrimonium. Optime illud definitur in §. I. I. de patr. potest: *conjunctio viri & mulieris, individuum vitæ consuetudinem continens*. Hinc multum differt a nudis sponsaliorum tractatibus, ut & ipsa desponsatione. Illi namque sunt præliminaria de matrimonio ineundo, & nullam producant obligandivim, sed ante acceptationem utriusque ab iis recedere licet: hæ vero nudam denotant mentionem & repositionem futurarum nuptiarum. *L. 1. π. de Sponsal.* & sic cum ipso matrimonio haud confundendæ. Occurrit quoq. intuitu ætatis hic quædam differentia. In sponsabilibus enim contrahendis, juxta *L. 14. π. de Sponsal.* nulla ejus ratio habetur; id quod fecus est in ipso matrimonio. *pr. I. de nupt. L. 4. π. de R. N.* Donationes porro inter desponsatos omnino sunt licitæ; matrimonio autem jam contracto prohibitæ. *L. 32.*

Quid sit matrimonium.

Ejus differentia a nudis tractatibus & sponsalibus.

A

§. pen.

§. pen. π. de donat. int. vir. & uxor. Tenetur quoque uxor lugere maritum, id quod cessat in sponsis. L. 9. §. 1. π. de his qui not. infam. Excitato concursu creditorum sponsæ, quoad dotem, competit tantummodo privilegium personale. L. 74. π. de Fure dot. L. 17. §. 1. de reb. auct. jud. uxori e contra jus prælationis. L. ult. §. 1. C. qui por. in pign. Alias differentias ut taceamus.

§. II.

Convenien-
tia matrimo-
nii cum spon-
salibus.

Sed vero negari nequit, ipsum quoque matrimonium in iis, amorem atque fidem quæ respiciunt, cum sponsalibus exactius convenire, ac juribus inter se æqualibus frui. Sequitur inde, quod sponsus æque ut maritus ob injuriam sponsæ illatam agere possit. L. 15. §. 24. π. de Injur. L. 13. §. 3. & 8. π. L. 7. C. ad Lex. Jul. de adulter. Qui bina contrahit sponsalia, non minus infamæ adficitur pœna, ac binas contrahens nuptias. L. 1. π. de his qui not. Ex hac quoque ratione & nuptiæ & sponsalia in personam fenatorum erant prohibita. L. 16. π. de Sponsal. BOEHMER in diss. de diverso Sponsalium & matrimonii jure.

§. III.

Matrimoni-
um differt, a
conjugio ad
Thalac.

Distingendum est porro matrimonium a quadam conjugii specie, quod dicitur ad Thalac. Hoc enim ad certum terminatur tempus, quo elapso, maritus pro lubitu ab illo recedere potest. WILLEBERG in diss. de matrimonio conscientie. Id quod non admittit matrimonium

a Polygamia,

(§. 1.) Cave quoque, ne illud confundas cum Polygamia. Hæc committitur, quando vel unus vir plures ducit feminas, vel una femina pluribus simul nubit maritis. Ab istius modi connubii genere abhorret matrimonium, quippe dum subsistit inter unum marem atque unam feminam. (§. 1.)

a Fornica-
tione.

Desuper matrimonia differunt a Fornicatione, quæ exserit se in concubitu cum meretrice, seu femina corpus suum prostituyente. Nihil quoque intererat,

an

an cum vel sine quaestu committeretur. *L. 43. π. de R. N.* Omnia hæcæ aliena sunt a matrimonio. Ignorat enim fœdam libidinem, quæ fornicationis est objectum. Ignorat cohabitationem momentaneam, perpetua potius unitate & corporis & animæ absolvitur. *L. 1. π. de R. Nupt.* Denique notanda est differentia inter *concubinatum* ac verum matrimonium. Ille ordinariè non contrahitur nisi cum persona vulgaris conditionis. In ingenuam namque & honestæ vitæ mulierem, nisi testatione hoc manifestum faciente, stuprum committitur. *L. 3. pr. π. de concubin.* Concubina non sola affectione maritali, sed magis libidinis gratia, ducitur. *L. 3. §. 1. π. de donat. int. vir. & ux.* Liberi denique ex concubinato suscepti, veniunt sub nomine naturalium, non legitimorum. Hinc tantummodo, nulla extante legitima prole & conjuge, cum matre in duas succedunt uncias. *Nov. 98. cap. 12. §. 4.* Quæ omnia in ipso matrimonio fecus sunt.

a Concubinato.

§. IV.

Vera matrimonii indole satis jamjam excussa, ad applicationem vocabuli: *Legitimum* est progrediendum. In sensu generali denotat omne id, quod secundum leges contractum. Sic matrimonium dicitur legitimum, quod legibus conforme initum. Jus canon. distinguit inter matrimonium *legitimum* & *ratum*. Illud dicitur, quod juxta leges civiles est contractum, hoc quod ab ecclesia confirmatum & ratum habitum est. *C. 7. & 8. X. de divort.* BÖHM. in I. E. L. IV. T. III. §. VI. *L. 10. π. de statu hom.* Quandoque idem significat quod justum. Hinc inde nuptiæ justæ atque legitimæ habentur in jure pro synonymis. *pr. I. de patr. potest. pr. I. de Nupt.* justa quoque uxor eadem est, quæ legitima. *L. 31. π. de R. N.*

Legitimum denotat, quod secundum leges contractum.

§. V.

Ex modo deductis facile videre licet, quid sit matrimonium.

A 2

trimo-

Quidnam sit
matrimoni-
um illegiti-
mum?

trimonium illegitimum; Quid iniustum. Egregie id ipsum declarat Imperator in §. 12. *I. de Nupt.* verbis, quæ sequuntur: *Si adversus ea, quæ diximus, aliqui coiverint, nec vir, nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligi debet.* Proinde uxor injuste, seu contra legum præcepta ducta, adulterii non erat habilis, *L. 13. §. 6. π. ad Leg. Jul. de adulter.* Obstare huic videtur *L. cit. §. 1.* disponens; virum contra uxorem, sive sit iusta sive injusta, accusationem instituere posse. Sed sciendum est, uxorem duplici modo vocari injustam. Nubuit enim viro vel contra præcepta legum, vel non servatis nuptiarum solennibus, in contrahendo matrimonio necessariis. De hoc loqui videtur §. 1. de illo §. 6. de leg.

§. VI.

Legitimum
quand. idem
est quod so-
lenne. Hinc
legis actiones
& actus legi-
timi.

Legitimum quoque aliquoties in iure idem est ac solenne. Nati exinde actus legitimi, & sic dictæ legis actiones. *L. 77. π. de R. I. L. 2. §. 6. de origin. Jur.* Utræque in hoc conveniunt, quod sint certæ formulæ solennes, quibus neglectis, negotium habetur irritum. THOMASIVS *in delineat. histor. jur. §. 10. & 12.* BÖHMER *in diff. de verbis directis & obliquis. §. 4.*

§. VII.

Legitimum
quoque dici-
tur, quod spe-
ciali lege con-
firmatum est.

Illud porro dicitur *legitimum*, quod speciali confirmatum est lege, indeque efficaciam obligandi consequitur. Huc referenda sunt pacta legitima. *L. 5. π. de pactis.* Hæc a pactis nudis plane erant distincta, quippe quæ nullam jure civili producebant actionem, sed exceptionem. *L. 7. §. 4. π. de pact. L. 15. π. de præscript. verb.* Omnia aliter se habebant in pactis legitimis. Exempla occurrunt in pacto donationis, dotis, usufructuum & in constituto. vid. *§. 1. §. de donat. L. 35. §. fin. C. eod. L. 6. C. de dote promissa. L. 30. π. de usur. Nov. 136. Cap. 4. L. 1. pr. π. de pecun. constit.* Quidam DRES. hiæc addunt conventionem hypothecæ, propter *L. 17. §. 2. π. de pact.* HUBER *in prælect.*

Pertinent huc
pacta legi-
tima.

lect. ad π. Tit. de pact. §. 3. Id quod negat LAUTERB. in collegio π. Tit. eod. §. 31.

§. VIII.

Ultimo denique loco vox *Legitimum* alio sub significato venit in materia successione atque tutelæ. Si legitimum in namque defunctus nullum reliquit testamentum, aut, quod materia successione & tutelæ. confecit, pro nullo & irrito declaratum, tunc lex 12. tabb. heredibus legitimis, i. e. agnatis proximis hereditatem deferri præcipit. Tit. I. de hered. quæ ab intest. L. 1. & 2. §. 4. π. de suis & legit. hered. Nullis porro in testamento tutoribus scriptis, lex 12 tabb. ad tutelam sâbeundam iterum quoque vocat legitimos. i. e. eos, quibus proxima succedendi spes est. L. 1. pr. π. de legit. tut. pr. I. de legit. agnat. tut. Ex quibus videre licet, tam tutores quam heredes legitimorum trahere nomen, ab immediata legis constitutione atque delatione.

§. IX.

Nihil amplius explicandum superest, quam vocabulum *vis*; Definitur in L. 1. π. quod met. causa; quod fit *instantis, vel futuri, vel præsentis periculi causa mentis trepidatio*. Dividi solet a ICTis in vim compulsivam, ex qua oritur actio quod metus causa; ablativam, unde datur actio de vi bonorum raptorum; expulsivam, inde interdictum unde vi; turbativam, ex qua interdictum uti possidetis. Vocabulum *vis* quoque occurrit in materia Tutelæ; quippe quæ definitur, quod fit *vis ac potestas in capite libero*. Hinc denotat hoc loco facultatem pro auctoritate aliquid faciendi. HUBER in prælect. ad Instit. Tit. de tutela §. 2. LUDWELLUS ad Instit. eod. Tit. Sed neutro in sensu hujus vocis significationem hic acceptam volumus; potius nobis est *facultas producendi quendam effectum*. Sub eadem significatione occurrit in cap. 6. X. qui filii sunt legit. & aliis textibus jur. canon.

Significatio
vocabuli; vis

Varie dividitur a ICTis.

Quid denotet hoc loco.

CAPUT II.

DE

VI MATRIMONII LEGITIME CONTRACTI
IN CAUSIS CIVILIBUS.

Brevibus modo præmissis, quæ præmittenda fuere, de ipsa vi matrimonii, in legibus passim occurrente, jam est differendum. Exerit se hæc matrimonii vis & in causis civilibus & criminalibus. Operari quid valeat in illis, præfenti; quid in hisce, capite sequenti exposituri. Si definitionem ipsam connubii (§. 1.) exhibitam, exactius sub examen vocamus, sub illa latere videmus insignem matrimonii vim, quæ dicitur *Fides conjugalis*. In qualibet namque societate opus est, ut unus socius alteri præstet fidem, nihilque omittat, quod diligentem patrem familias decet. His vero neglectis violat leges societatis, adeoque confocii ab ejus vinculo non solum immunes redduntur, sed & ratione damni iis contra istiusmodi violatorem agere licet. *L. 72. π. pro socio. L. 65. §. 3. eod.* Societas conjugalis omnium est arctissima cunctisque palmam præripit; majorem hinc inde requirit fidem, exactiorem legum observantiam. *arg. L. 1. π. de R. N. L. 4. C. de crim. expil. hered. L. 52. π. de re judic.*

Vis matrimo-
nii se exerit
I. in fide con-
jugali.

§. XI.

Fides conju-
galis in quo
consistat.

Subsistit fides conjugalis *in exacta præstatione eorum, quæ ad sustinendam magisque perficiendam hanc societatem aliquid conferre queunt*. Quum nihil autem sit, quod hujus societatis leges magis destruit, quam si ea plane negliguntur, quæ in illa ineunda sibi, ut finem propofuere pacifcentes; facile inde liquet, eum rumpere dici fidem connubialem, alteri qui denegat v. g. actum cohabitandi, seu debitum conjugale, infidias vitæ alteri fruit, adulterium committit: cetera.

§. XII.

§. XII.

Antequam ad ultiores matrimonii effectus excutiendos progredimur, modo adductas species, violationem fidei conjugalis inducentes, paucis enucleare animus est. Violatur 1) denegatione debiti conjugalis. Omni jure ad hanc classem *præfracta debiti conjugalis denegatio* debet referri. (§. XI.). Nam ex quo partes conveniunt de conjugio ineundo, certum sibi proponunt finem, qui est sobolis procreatio. *arg. L. 1. π. sol. matrim.* Hic vero finis quum absque medio, concubitu nimirum, seu debiti conjugalis exhibitione, obtineri minime queat; necesse omnino est, ut ille, qui consentit in finem, in medium quoque consentiat; & is qui non vult medium, nolit etiam finem; proinde violat illud, quod ad sustinendam & perficiendam societatem conjugalem plurimum potest conferre; quæ est ipsa fidei conjugalis ruptio (§. XI.).

§. XIII.

Ratiociniis itaque firmata hac thesi, denegationem nempe debiti conjugalis violare atque destruere fidem matrimonii, Icti proinde cum ratione adferunt; conjugem istiusmodi perfidam non solum per media coactiva ad illius præstationem adigi, sed & in casu summæ contumaciæ dissolutionem connubii posse decerni. Quæ operatur quandoq. divortium, STRYCK. in *Tr. de dissensu sponsal. Sect. 6. §. 30. & 13.* BOEHMER in *Jure eccles. Tom. IV. pag. 364.* Ita Consistorium nostrum decidit ann. 1739. d. II. Febr. in causa Christoph Harlof, wider seine Ehe-Frau, wegen versagten ehelichen Beyschlaßs. Interim tamen negari nequit, quandoque hoc officium Quibus casibus possit denegari, conjugale detractare licitum esse. Referunt huc 1) Si debitor reddituro, grave inde corporis periculum imminet v. g. in morbo contagioso. 2) Unus conjugum nimium est immodicus atque infatiabilis in exigendo veneris usu. MULLER ad *Struvii Syntagma jur. civ. P. II. pag. 403.*

§. XIV.

§. XIV.

2] desertione
malitiosa.

Prima violationis fidei conjugalis specie absoluta, accedimus jam ad aliam, quæ malitiosa committitur desertione. Subsistit *in discessione temeraria conjugis, eo animo facta, ut numquam reverti & in consortio conjugali cum altero ulterius vivere nolit.* Ubi ergo non adest desertio temeraria, seu animus dolosus numquam revertendi ad consortium conjugale, ibi nulla desertio malitiosa, nullum per consequens divortium. *L. 3. π. de divort.* Si quando igitur uxor calore iracundiæ repudiat maritum, brevi tamen revertitur, divertisse non videtur. *L. cit. 3.* Idem obtinet, quoties militiæ causa maritus abesse cogitur. Eo namque in casu uxor expectare tenetur maritum, donec de morte ipsius fide Tribuni, sub quo militavit, certior fuit reddita. *Nov. 117. Cap. XI. conf. c. 19. X. de Sponsal.*

§. XV.

Id quod ulterius declaratur.

Desertione malitiosa violationem fidei conjugalis induci, eo minus habet dubii, quod idem hic fundamentum, quo (§. XII.) contra detrectatores debiti connubialis usi. Cui novum præterea, ex ipsa definitione matrimonii defunctum, addere lubet. Leges etenim, ad ejus sustentiam, ut individua accedat vitæ consuetudo, jubent ac volunt. (§. I.). Qui itaque malitiose deserit conjugem, non cupit, ut hæc consuetudo sit individua, seu perpetua. Hinc peccat tam contra fidem, quam sanctitatem legum, adeoque divortium recte decernitur. *cap. 7. & 8. X. de divort.* BOEHM. *l. c. §. 30.* STRYCK. *l. c. Sect. V. §. 8.*

§. XVI.

3] Adulterio.

Fidei conjugalis violatio porro se'exerit *in adulterio, seu communicatione corporis cum alio, quam suo conjugee.* Ratio partim est arcessenda ex principiis (§. XIV. & XV.) deductis, partim vero exinde, quod omne matrimonium subsistat in conjunctione viri & mulieris (§. I.).
hanc

hanc itaque legum sanctionem impingit, qui pluribus corpus miscere audet. Pœnam criminis adulterii civilem, seu quæ tendit ad divortium, quod attinet, ad illam infligendam sufficere queunt conjecturæ & præsumptiones urgentissimæ. Quo collineat *Cap. 12. X. de præsumt. L. 8. §. 3. C. de repudiis*. Nuperrime quoque ita judicavit Consistorium Gryphicum in Sachen Joh. Albrechts, Kl. wider seine Ehe-Frau, Maria Grönings, Besh. in puncto adulterii, hinc divortii. d. 5. Jul. 1745. Plura videsis apud CARPZOV. in *Jurispr. eccles. L. 11. Def. 189. LEYSER in meditat. ad τ. Specim. 313. medit. 1. & Specim. 577. medit. 1.*

Probatur
quandoq. præ-
sumtionibus.

§. XVII.

Varia, præter divortium totale, conjugii innocenti leges indulgent beneficia. 1) Namque ad secunda vota, & marito quidem statim, uxori, anno elapso, transire licet. *L. 8. §. 4. & 5. C. de repud.* 2) Liberi apud innocentem sumtibus nocentis educantur. *Nov. 117. cap. VII. auth. Si pater C. divort. fact. apud qu. lib.* 3) Deniq. competit parti innocenti ususfructus in bona nocentis, quando adsunt liberi; iis deficientibus autem, maritus lucratur dotem, uxor donationem P.N. *Nov. cit. cap. VIII.* Id quod confirmatum in *cap. 4. X. de donat. int. vir. & ux.* Confer. *LEYSER l. c. Specim. 579. medit. 23. HOFMAN de varietate pœnarum in adulteriis.* Simili modo decidit Consistorium in causa d. Albrechten, mediante decreteto declaratorio, die 13. mensis Jul. 1745. verbis, quæ sequuntur: *Daß, da denen Rechten nach auch in casu divortii ob præsumtum adulterium dem unschuldigen Eheile die Lucrirung des Dotis nachgegeben worden: also solches sowohl, als auch daß die Education des Kindes dem Vater verbleibe, in gegenwärtigen Casu sich von selbst versteht, eine besondere Declaration der Urthel nicht vornöthen sey.* Reliquas species violationis fidei conjugalis silentio prætermittimus atq. B. L. delegamus ad *BÖHM. l. c. §. 31. 33. seqq.*

Pars innocens
variis fruitur
beneficiis.

B

§. XVIII.

§. XVIII.

Vis matrimo-
nii II. confi-
sit in potesta-
te maritali.

Præstatione fidei conjugalis, ut præcipua vi matrimo-
nii legitime contracti, brevibus expensa, ad aliam jamjam
progredimur. Consistit hæc, in *Potestate maritali*; seu
*jure legitimo mariti ratione persone honorumq. uxoris, ad
communem tum societatis conjugalis quam rei domesticæ,
utilitatem.* Quandoquidem enim feminarum lubricum sit
& admodum fragile judicium, proinde ad se ipsas regendas
minus sint idoneæ; necessum habuerunt LLtores, maritis
in illas dominium tribuere. *L. 8. C. de inoff. donat. L. 12.
C. qui pot. in pign. L. 57. π. de donat. int. vir. & ux. C.
2. D. 30. cap. I. X. de frig. & malef. c. 17. C. 33. qu. 5.*

§. XIX.

Differt. a po-
testate domi-
nica.

Hæc maritorum potestas curatius est distinguenda ab
illa, olim quam exercuere domini atque parentes in fer-
vos ac liberos. Crudele namq. esset, sævire in illam, quæ
cum marito una est caro; Colineat huc Imperator in *L.
12. §. 1. C. qui pot. in pig.* ita differens: *Quis non earum
misereatur propter obsequia, que maritis præstant; prop-
ter partus periculum & ipsam liberorum procreationem.*
De pristino rigore potestatis maritalis consulas STRYCK
in *U. M. π. Tit. de R. N. §. 39.* FRID. GERDESII *Diff.
de jure mariti singulari.*

§. XX.

Operatur 17
jus castigandi.

Varii ex potestate maritali fluunt effectus, hodiernum
in Praxi attendendi. Iis, & quidem quoad personam seu
corpus uxoris, adnumerandum est Jus eam castigandi, *L.
15. §. 1. π. sol. matrim. Nov. 117. cap. 14.* Cum modera-
tione autem a maritis est exercendum. Quodsi itaq. mo-
dum exceßerint, aut justa castigandi deficiat causa, juxta
Nov. 117. cap. 4. avth. sed novo Jure C. de repud. tertia
parte donat. P. N. privatur maritus; atq. uxori præterea
actione injuriarum contra eum experiri licet. *arg. L. 7.
II*

§. 2.

§. 2. & 3. π. de injur. L. 10. §. 12. π. de in jus voc. Quandoque etiam istiusmodi excessum potestatis separatione quoad thorum & mensam, relegatione & fustigatione, vel pœna carceris coerceri, testatur BÖHMER in *diff. de excessuum pœnis. Cap. II. §. 6. In jure eccles. Tom. V. L. V. Tit. XXXI. §. 21.* De modo clericorum feminas coercendi disponit c. 10. C. 33. qu. 2. Rationem hujus instituti investigat STRYCK in *U. M. π. Tit. de R. N. §. 44.*

§. XXI.

In sola potestate maritali ulterius quærenda est ratio, quod uxor maritum sequi ejusq. forum fortiri debeat. L. 13. C. de dignit. L. 19. π. de jurisd. L. 65. π. de judic. & ubi qu. L. 38. §. 3. ad municip. L. un. C. de mulier. in qu. loc. Proinde hoc forum dicitur domicilium matrimonii. L. 5. π. de R. N. Constituitur namq. ipso matrimonio ac potestate, quam maritus in uxorem per illud consequitur. Obligationis hujus tanta est vis, ut, non obstante, quod a marito discesserit atq. seorsim cohabitare coeperit uxor, ad forum pristinum domicilii ejusd. maneat adstricta. Non licuit enim uxori, sibi ipsi conditionem matrimonii immutare. L. 56. π. de judic. & ubi. Sunt quidam DRES, ex L. 3. seqq. π. ad munic. L. 7. C. de incol. adstruentes, alibi etiam uxorem domicilium constituere posse, utpote in casu separationis quoad thorum & domicilium; quando uxor alibi officinam consensu mariti erexit. De quo vid. THOMAS. in annot. ad Huberi prælect. Tit. de foro competent. p. 726. & 727.

2] Obligatio-
nem ad se-
quendum ma-
ritum ejusq.
eligendum
forum.

§. XXII.

Sed quid statuendum, si maritus pœna relegationis aut fustigationis affectus? Nonne hoc ipso uxor ab obligatione ad sequendum maritum libera dicenda? Ex mente legum civilium hæc quæstio omnino neganda nobis videtur. Cautum namq. est expresse in L. 24. C. de donat. int.

Num uxor
maritum re-
legatum aut
fustigatum se-
qui teneatur?

Id quod af *vir. & ux. L. 1. C. de repud. Nov. 22. cap. 15.* quod ma-
firm. juxta trimonia deportatione non debeant dissolvi. Cui argu-
mento hoc quoq. accedit, maritum, ex delicto suo abfen-
tibus, pro malitioso desertore, non esse habendum, quippe
dum non ex voluntate, sed contra animi sui sententiam
abest. LAUTERB. in colleg. *cc. Tit. de R. N. §. 90.* BÖU-
MER in *jure eccles. Tom. IV. Tit. de divort. §. 38.* Inte-
rim tamen negari nequit, quandoq. in foris a rigore legum
civilium recedi, atq. circumstantia rei ita ferente, uxorem
non solum ab obligatione ad sequendum maritum relega-
tum vel fustigatum absolvi, sed & divortium totale statui.
Id quod ante aliquot annos factum memini in causa Maria
Beezen, contra maritum Michel Fridrich. Confer. CARP-
ZOV. in *Pr. crim. P. III. Quest. CXXX. num. 44. seqq.*

§. XXIII.

Quidquid vero hac de re disponant leges civiles, cum
principiis tamen juris naturalis vix conciliari posse videntur.
Secundum principia juris naturalis videtur negandum.
Quicumq. enim cum altero paciscitur de ineundo
conjugio, eo ipso non tantum se obstringit ad ea adim-
plenda, quæ exigit substantia hujus pacti connubialis, sed
& tacite quoq. removendi impedimenta promittit, quæ
huic obligationi possunt obviare. Si itaq. non satisfacit iis,
ad quæ sese adstrinxit & quæ promisit, violat promissum
acceptatum ab altero, h. e. pactum. Istiusmodi violatio
pacti connubialis fieri potest directe vel indirecte. Illud
tunc accidit, quando violans quid eo facit vel omittit ani-
mo, ut pactum violetur, v. g. conjugem malitiose deserendo,
insidias vitæ eidem struendo. Hoc autem contingit, ali-
quid fuscipiendo vel intermittendo absq. tali quidem ani-
mo, ut tamen istius factum violationis sit causa. e. g. Si
maritus propter delictum damnatur ad ergastulum, ad re-
legationem vel fustigationem. Qui igitur violat pactum
conjugale directe vel indirecte, compaciscentem suum
cogere nequit, ut faciat id, quod postulat substantia pacti,
utpote

utpote, ut præstet fidem conjugalem, sequatur maritum. Si violans alterum adigere nequit ad adimplendum, privatur inde omni commodo, ex non violatione pacti permanante. Per violationem ergo pacti matrimonialis, quæ fit relegatione vel fustigatione, maritus privatur potestate conjugali, ut commodo, ex non violatione pacti matrimonialis, orto, hinc inde quoq. amittit jus cogendi uxorem, ut eum sequatur. Hoc namq. se fundat in potestate maritali (§. XXII.) & sic ejusdem est causa; hac vero cessante, effectus quoq. cessat, qui consistit in obligatione ad sequendum maritum.

§. XXIV.

Egregius quoq. potestatis maritalis effectus in eo latet, ut uxori pro marito intercedere, in contractibus plane sit prohibitum. Obmovere forsan quis dubium posset, interdictum hocce competere tam feminis innuptis quam nuptis; proinde potestatem maritalem, in illis plane exulem, pro genuino ejus principio non esse habendam. Sed, si dicendum quod res est, LLtores ad istiusmodi prohibitionem duplici ratione fuerunt adducti. Una est generalis, imbecillitas nimirum sexus, quæ respicit feminas, & maritatas & solutas. *L. 2. §. 2. w. ad Ictum Vellej.* Altera est specialis, potestas nimirum maritalis, quæ feminis nuptis propria est. Lique hoc inde præprimis videtur, quod leges, quoad intercessionem uxorum pro maritis, singularia quædam, in illis, quæ fiunt pro extraneo, non attendendis, constituerunt. Exemplo infervit *L. 22. C. ad Scitum Vellejan.* Hæc namq. intercessionem mulierum pro extraneis interpositas adprobat, dummodo intercedens perfectæ sit ætatis, & intra biennium pro eadem causa dedenuo caveant, vel pignus aut intercessorem offerat. Cessat in iis prohibitionis effectus, quando simpliciter & extra judicialiter renunciaverint. *L. 30. w. ad Scitum Vellej. L. ult. J. pen. eod. L. pen. C. de pactis. Nov. 118. Cap. V.*

3) Est causa prohibitionis, ne uxor fidei jubeat pro marito.

B 3

§. XXV.

§. XXV.

Intercessio u-
xorū pro
maritis differt
ab illa, quæ fit
pro extraneis.

Omnia hæc secus se habent in uxore pro marito intercedente. Disponit namq. *avrb. Si qua mulier C. ad SCtum Vellej. & Nov. 134. cap. VIII.* istiusmodi intercessionem numquam valituram; siue semel, siue aliquot vicibus interposita; siue publicum, siue privatum subfit debitum: unico tamen casu excepto, si publico interveniente instrumento fuerit facta: *L. 23. §. 2. C. ad SCtum Vellej.* Ipsam vero quod attinet renunciationem, juramento nisi fuerit corroborata, nullas recipit vires. *arg. L. I. & avrb. Si juramentum puberum C. si adversus vendit. Cap. 9. X. de jurejur.* Ratio hæc esse videtur, quod juxta dispositionem juris canon. actus nulli, quibus accessit juramentum, obligationem producant. *cap. 2. de pact. in glo. cap. 28. X. de jurejur. Confer. GERDESII diss. de differentiis inter SCtum Vellejanum & avrb. Si qua mulier. differ. III. BÖHMER in diss. de efficaci mulierum intercessione. Cap. III.*

§. XXVI.

Potestas maritalis porro se prodit in obligatione uxoris ad lugendum maritum. Olim sufficere decem menses, hodie integer requiritur annus. *L. 2. C. de Sec. nupt.* Idem in Pomerania disponit *die Kirch-Ord.* Cave vero credas, hujus obligationis fundamentum potius in seminis incertitudine, quam potestate maritali esse quærendum. *L. 11. §. 1. x. de his qui not. infam. L. 53. §. ult. C. de Episc. & Cler.* Ratio enim a femine & sanguinis turbatione desumpta, non est universalis; quippe dum, si hæc unica esset & vera, inde sequeretur, idem quoq. lugendi tempus annale competere uxoribus, per divortium dimissis. *BÖHM. in I. E. T. IV. Tit. de Sec. Nupt. §. 17.* Ad minimum hoc nobis concedendum erit, istam rationem non excludere illam, in potestate maritali fundatam. Nam plures unius effectus possunt esse causa. Pro nostra opinione stabilienda provocamus

4] Obligatio-
nis in uxore
ad lugendum
maritum.

vocamus ad L. 8. & 9. *de his qui not. infam.* quæ claris disponit verbis: viros non compelli lugere uxores, sed hæc tantummodo sumere debere lugibria in signum. quod eum quoq. post mortem colere deceat, quem habuit mulier adhuc viventem pro capite suo. Eadem indicare videntur L. 1. C. de Sec. Nupt. L. 4. C. ad Sc. Tertull. in verbis: *religionis* priori marito debitæ; qua sub voce sine dubio intelligi debet subjectio & obsequium.

§. XXVII.

Ne vero memoria obsequii ac subjectionis in solis ^{5]}prohibitio-
lugibriis se exerat, sancitum est legibus, ut intra annum ^{nis Sec. Nupt.}
luctus ad vota secunda, sub pœna infamiæ & privatione
omnium bonorum defuncti mariti, viduæ transire neque-
ant. L. 1. & 2. C. de Sec. nupt. Dispositionem juris canon.
quod attinet, non sustulit quidem annum luctus, a legibus
civilibus præscriptum, sed pœnam tummodo infamiæ. In
cap. 4. & 5. X. de Sec. Nupt. ea de re ita disponit Ponti-
fex: *Cum secundum Apostolum mulier mortuo marito suo
ab ejus lege sit soluta & nubendi, cui vult, tantam in domino
liberam habet facultatem: non debet legalis infamiæ susti-
nere jacturam, quæ licet post viri obitum intra tempus
luctus (scilicet unius anni spatium) nubat, concessa sibi
tamen ab Apostolorum potestate, cum in his præsertim secu-
lares leges non dedignentur sacros canones imitari.* Reli-
qua, praxin hodiernam in ecclesiis protestantium quæ con-
cernunt, solide expendit BÖHMER l. c. §. 18.

§. XXVIII.

Ex potestate maritali quoq. deducendum mariti offi-
cium, ad defendendam uxorem §. 2. I. de injur. l. 1. §.
ult. l. 2. & 11. §. 7. *de injur.* Feminis id ipsum non ^{6]}obligatio-
indulgent leges, potius ab hoc officii genere ita eas coer- ^{nis ad defen-}
cendas esse volunt, ut ipsis, ne absentem quidem maritum, ^{dendum uxo-}
defendere liceat. MULLER ad Struv. Exercit. XXIX. §.
56. ^{rem.}

56. *Lit. w.* Contumeliosum namq. esset marito, imo & pro turpi habendum, vivere sub tutela uxoris, atq. propriam suam dignitatem defendere nolle. VINNIUS *in Comment. ad Inst. Tit. de injur.* HUBER *in prælect. ad I. Tit. eod.*
 §. 4. Sed quod potestas maritalis sit fundamentum obligationis mariti ad suscipiendam defensionem uxoris, inde in primis apparet; quia Imperator fere semper in vindicandis injuriis conjunxit patrem & maritum, certo indicio, aliqualem inter utrosq. subesse similitudinem; & sicuti pater liberos vi patriæ potestatis; ita quoq. maritus uxorem vi potestatis maritalis defendere obstrictus est.

§. XXIX.

Inter alia vis potestatis maritalis apparet ex facultate agendi ad exhibendum uxorem. Competit marito hæc actio contra quemcumq. imo etiam ipsum patrem, filiam in potestate adhuc habentem. *L. 2. w. de Lib. exhib.* Quandoquidem vero est rei vindicationis præparatoria, juxta *L. 3. §. 3. w. ad exhibend.* & istiusmodi actionum genera non nisi a dominis institui queunt. *L. 23. pr. w. L. 21. C. de Rei vind.* Prono inde alveo fluit, causam hujus actionis ad exhibendum esse potestatem maritalem.

§. XXX.

Idem quoq. ad actionem de servo corrupto utilem applicandum censemus. Hæc namq. concessa a legibus patri contra eum, filium qui quoad animum corruptit. *L. 14. §. 1. w. de servo corr.* Sed vero, quia ista actio iis in genere competere debet, qui aliquam exercent potestatem in corruptos, sequitur inde, non solum patrem sed & maritum, magistratum, patrem familias ac præceptorem eo posse remedio uti. STRYCK *in U. M. Tit. de servo corr. §. 3. seqq.* Actio de servo corrupto directa competit domino adversus corruptores servorum vel servarum in duplum ejus, quanti res est. *L. 1. pr. w. de servo corr.* contra conjugem

jugem vero instituta, marito datur tantum in simplum *L. fin. ꝛ. eod.* Habet præterea hoc singulare, quod, licet sit prætoria pœnalis, in perpetuum tamen detur. *L. 13. ꝛ. eod.*

§. XXXI.

Vi potestatis maritalis etiam uxor in nomen atq. familiam mariti ita transit, ut genealogiæ suæ amittat notam; omnis potius dignitatis, qua gaudet maritus, statim fiat particeps, & tam privilegia personalia, quam immunitates marito proprias cum illa communicet. *L. 195. §. fin. ꝛ. de V. S. L. 8. ꝛ. de Senator. L. pen. C. de nupt. L. 13. C. de dignit. Nov. 105. Cap. 2.* Hinc inde nobilis plebejam fibi matrimonio jungens, illam omnium jurium ac privilegiorum, quibus mulier, ex sanguine nobili nata, gaudet, reddit participem. Viro plebejo, e contra, virgine, seu vidua, ex nobili prosopia orta, nubente, pristinum non mutat statum, sed uxor ex nobili fit ignobilis, suamq. priorem dignitatem amittit. *L. 1. C. de dignit. L. 10. C. de nupt.* Secus vero id esse jure germ. in personis illustribus testatur. LAUTERBACH *in coll. ꝛ. Tit. de R. N. §. 88.* MULLER *ad Struv. Exerc. XXIX. §. 56. Lit. V. conf.* LUDEWIGII *diss. de differ. jur. rom. & germ. in dignitate feminarum illustr. & ei opposita GUNDLINGII diss. an venter nobilitet.*

§. XXXII.

Deniq. obligatio mariti ad præstanda uxori alimenta, ad classem effectus potestatis maritalis potest referri, *L. 22. §. 8. ꝛ. solut. matrim.* Quia enim maritus est caput uxoris, eiq. dispositio in illius bonis relicta, inde necessario sequitur, onus alendi solo competere marito. A quo tamen merito liberandus, quando uxor sua culpa quoad thoram & mensam a marito fuit separata; vel hic ipse non habet, unde se alere queat. vid. MULLER *ad Struv. l. c. Lit. 6.* Quo tamen non referas casum, si uxor plane in-

10] Oritur in de officium mariti ad præstanda uxori alimenta.

C

dotata

dotata, aut dos ab illa fuerit dilapidata. His enim non obstantibus permanet officium mariti ad alendam uxorem.
LEYSER *Specim. 301. medit. 1.*

§. XXXIII.

11] Effectus
maritalis po-
testatis ratio-
ne bonorum
uxoris.

qui lege julia
valde restrin-
guntur.

Quum ex iis itaq. quæ (in §. XXI. usq. ad XXXIII.) brevibus deduximus, insigniores potestatis maritalis effectus, qua ipsam personam seu corpus uxoris, elucescant; ordo tractationis nos ducit, eos quoq. excutere paucis, qui bona illius concernunt. Multum quidem hanc maritorum potestatem restrinxit lex Julia & Justiniana; quæ ultima in primis statuit, eos prædium dotale, five sit italicum, five provinciale, & uxorum licet consensus accefferit, alienare non posse; quo nihilominus facto, salvam iis rei vindicationem soluto matrimonio remanere. *pr. f. qu. alien. lic. L. 30. C. de jure dot. L. 42. π. de usurp.* Interim tamen varia hujus potestatis supersunt vestigia. Dicitur inde passim in legibus maritus, *dominus dotis*, eiq. dotis tribuitur *dominium. pr. I. qu. alien. lic. L. 75. π. de jure dot. L. 13. §. 2. eod.*

§. XXXIV.

Varia hujus
potestatis su-
persunt vesti-
gia.

Exserit se illa potestas 1) in eo, quod maritus percipiat fructus ex bonis uxoris dotalibus eiq. accessoriis. Quia namq. maritus onera matrimonii, ut caput & dominus familiæ, ferre tenetur; æquitati omnino convenit, eum etiam fructus percipere; juxta *L. 7. pr. π. de jure dot.* 2) Intuitu nominum in dotem datorum, absq. ulla cessione, actionem personalem adversus debitorem movere queat. *L. 71. π. de jure dot. L. 2. C. de obligat. & act.* 3) Eidem res mobiles dotis alienare, indeq. servum dotalem manumittere liceat. *L. 3. §. 2. π. de suis & leg. L. 3. C. de jure dot. L. 21. π. de manum.* 4) Competat quoq. rei, qualitate dotali adfectæ, vindicatio; eaq. subtrahæ, actio furti. *L. 9. C. de R. V. L. 49. in fin. π. de furt.* 5) Dominium fundi dotalis,

dotalis, venditionis gratia in æstumationem deducti, in eum plenarie deferatur. *L. 69. §. 2. π. de jure dot. L. 50. π. sol. matrim. L. una §. 9. C. de rei uxor. act.* HELVIGIUS in *diff. de dote æstumata.* 6) Deniq. alienationem fundi dotalis, in casum necessitatis, vel utilitate uxoris illam suadente, suscipere queat. *L. 26. 61. §. 1. L. 78. §. 4. π. de jure dot. L. 1. π. de fundo dot.*

§. XXXV.

Sed iis in provinciis, ubi communio bonorum inter conjuges usu recepta, hæc maritalis potestas valde est limitata. Omnis namq. communio seu societas eo respicit in primis, ut æqualis damni & lucri sit communicatio, eaq. morte alterutrius socii esse definat. Varias istiusmodi communionis Jura Lubecensia suppeditant conclusiones, potestati ac juri maritorum communi plurimum noxias. Quarum inter ceteras 1) hæc est, quod marito fundum dotalem absq. consensu uxoris ac *liberorum tacito vel expresso* neq. alienare nec pignori dare liceat. A quali tamen legis rigore casus necessitatis, utpote carceris ac famis, sunt excepti. *Lib. I. Tit. 5. art. 9.* Huc etiam pertinet 2) quod mortua uxore, conjux superstes, & ad alia vota transiens, cum liberis dividere debeat. *P. II. Tit. II. art. V. 41.* 3) Maritus ad solutionem æris alieni, ab uxore contracti, sit obstrictus, si liberos ex matrimonio suscepit. *L. 1. T. II. art. 26.* Id quod etiam extendunt Dres ad debita, ante nubium a conjuge conflata. vid. *Dn. ENGELBRECHT in diff. de mutuo conjugum concursu ad solvendum æs alienum ante nuptias contractum.* 4) Denique maritus ad secunda vota transiens, liberorum suorum propinquis rationes reddere teneatur. *P. II. Tit. 2. art. 21.*

Varie tamen alicubi locorum est limitata. Quo pertinet communio bonorum.

§. XXXVI.

Quod vero ipsam indolem communionis seu societas bonorum, ex dispositione Jurium Lubecensium inter conjuges

De vera ejus indole,

conjuges receptam, attinet; egregie observat MEVIUS in *Comment. ad Jus Lub. L. I. T. 5. art. 5. num. 25.* illud societatis genus esse admodum improprium & plane anomalum; proinde nonnisi eos veræ societatis producere effectus, quos ipsi statutum vel inveterata tribuit consuetudo. Probat suam sententiam ex verbis *art. ult. Tit. 9. Lib. 3.* Solche Gesellschaft gehet über Vater und Schwester Gemeinschaft. Hac ratione inductus censet, istam bonorum communionem tantummodo ad commercium conjugale esse referendum. Rem ipsam ut exemplis illustriorem reddamus, (ex §. XXXVI.) in memoriam revocandum est, & pluribus apparet ex *L. I. T. 5. art. 6. & 7.* quod conjux nimirum ad alterius conjugis debita solvenda certis tantum casibus sit obstrictus: Contrariatur hæc thesis regulis societatis communibus. Illæ namq. volunt ac jubent, ut quaecumq. æs alienum, durante societate contractum, de communi solvatur; licet quoq., distracta jam societate, solutio facta fuerit. *L. 27. π. pro soc.* atque nulla habetur ratio, sociis durante societate liberi sint nati, num improles decesserint. Haud porro ignotum esse potest, omnium bonorum societatem seu communionem *specialiter*, i. e. expresso consensu, esse ineundam; eoque plane neglecto, socios privari actione pro socio, loco ejusdem substituta negotiorum gestorum. Indicant id ipsum *L. 3. §. 1. L. 32. π. pro socio*: verba: *Si nullus societatem tractatus præcesserit.* Qualis autem consensus specialis seu expressus in societate conjugali, a lege potius, quam privatorum consensu introducta atque stabilita, non requiritur.

§. XXXVII.

Multum operatur III] vis matrimonii in prohibitione donationis inter conjuges.

Vi matrimonii, in fide conjugali atque potestate maritali se exferente, jam satis excussa (§. XI. usq. ad XXXV.) ad aliam accedere placet. Illa se vero prodit in materia *donationum*, quippe quas *leges*, durante nimirum vinculo *conjugali contractas*, nullius valoris esse volunt. *L. 3. §. 10. π. de*

π. de donat. int. vir. & ux. Rationes hujus prohibitionis in eo ponunt leges; ne mutuato amore conjuges invicem spoliarentur; matrimonia fiant venalia; in casum denegatæ donationis nimis facile dissolvantur: concordia pretio conciliari videatur: vel denique melior in paupertatem incidere, deterior fiat ditior; uti loquitur *L. 1. 2. & 3. L. 28. §. 2. π. de donat. int. vir. & ux.* Istiusmodi autem donationes, siue fiant directe siue indirecte, prorsus sunt veritæ; utpote, si uxor aliquid donat seruo mariti; quod ita donatum statim marito acquiratur, ut domino. *L. 3. §. 3. eod.* Ex eodem fundamento frater mariti, qui est in potestate foci, donare nequit, *L. 3. §. 2. eod.* nec aliquid valoris inde consequitur, licet & extranea intercedat persona, v. g. si ad velandam donationem aliud fingitur negotium. *L. 3. §. fin. L. 5. §. 2. & 5. L. 7. §. 6. L. 32. §. 24. eod.* Sed vero, quando filius, vel privignus, vel alius quisque potestati mariti subjectus, de peculio castrensi, titulo donationis, quidquam in alterutrum conjugum transfert, tunc pro irrita non habetur. *L. 3. §. 4. π. eod.* Eadem statuit *Jus Lubec. L. 1. art. 1. Tit. VI.* in verbis: *Weder Mann noch Weib, wenn die in der Ehe sitzen und Kinder mit einander erzeuget haben, können ihre Güther einander geben noch schencken, daß es zu recht kräftig sey; es verwilligen denn die Kinder darinn.* Ex quo satis apparet, *Jura Lubecensia* eo tantum casu donationem inter conjuges prohibuisse, quando liberi ex matrimonio prostant. Rationem prohibitionis investigat. *MEVIUS in Comment. ad h. art. num. 21. seqq.*

§. XXXVIII.

Interim tamen haud distendum est, istam donationis prohibitionem tot variisque limitibus esse circumscriptam, Que varias admittit limitationes. ut, paucissimis admodum casibus exceptis, plane corruat. Prima limitatio hæc est: *Quod omnis donatio, qua donans non pauperior, donatarius non redditur locupletior, de jure subsistat.*

Limitatio I. *subsistat.* Pertinet huc 1) Quando vir uxoris, aut hæc, vice versa, viri servis utitur, vel in ædibus ejus gratis habitavit. *L. 18. π. eod.* 2) Res aliena fuerit donata; eo namq. casu libertas ufucapiendi in donatarium transit. *L. 25. π. eod.* 3) Donatarius aliquid percepit ex fructibus industrialibus atque usuris, ad has, quam illas, restituendas non tenetur, sed ipsi remanent. *L. 17. eod.* Id quod tamen ad fructus naturales, in quorum perceptione nimirum nullæ operæ sunt impensæ, haud est extendendum. *L. 45. π. de usuris.* 4) Donatio est reciproca, *L. 7. §. 2. L. 32. §. 14. π. eod.* 5) Miserationis causa facta, utpote ad sepulturam. *L. 5. §. 8. eod.* ad liberandum conjugem ab exilio. *L. 43. ad dotandam communem filiam. L. 34. ad extruendam domum exustam. L. 14. 6) quod marito ad consequendam dignitatem ab uxore datur. L. 40. & 42. eod.* 7) Ad oblationem, Deo aut usui publico factam, *L. 5. §. 12. eod.* 8) Deniq. consistit in xeniis & muneribus, diebus natalitiis, aliisque solennibus fieri solitis. *L. 31. §. 8. eod.*

§. XXXIX.

Limitatio II. Altera limitatio hæc est: *Quod donationes, que fiunt mortis causa, a lege prohibitionis sint exemptæ.* *L. 9. §. 2. & L. 10. π. eod.* Hanc suppeditant rationem: quia in hoc tempus excurrit donationis eventus, quo vir & uxor esse desinunt. Quoties vero hic donandi actus in mortem tertii est collatus, toties pro invalido habetur. v. g. Si focer generi suo mortis causâ donat. Licet namq. mors donantis sequatur, nuptiæ tamen non solvuntur; juxta *L. 53. pr. eod.* Quarum solutio, quam sit necessaria, ex fine prohibitionis patet (§. XXXVII.)

§. XL.

Limitatio III. Tertia limitatio hæc est: *Quod donationes morte conjugis donantis confirmatæ, omnino de jure licitæ sint.*
Fingunt

Fingunt namque leges, retrahri confirmationem ad initium donationis, atque ex eo tempore validam esse videri. *L. 32. §. 2. π. L. 25. C. eod.* Ad efficaciam ipsius autem requiritur, ut summam legitimam, quæ quingenta est solidorum, si excedat, actis debito modo insinuetur *L. 25. C. eod.* Ne quoque donationes liti ansam præbeant, in *L. 32. §. 14. eod.* est prospectum; firmam manere donationem, non obstante quod donans atque donatarius simul ruina, naufragio vel incendio perierint, nec appareat quis prius decefferit.

§. XLI.

Ultima denique limitatio hæc est: *Quod donationes, juramento confirmatæ, pro validis sint habendæ.* *C. 28. X. de jurejur.* Iustusmodi enim juramenta, nec in tertii præjudicium, neque æternæ salutis detrimentum vergent; hinc de jure canon. omnino stringunt. Juxta dispositionem vero juris civilis negotia invalida, accessione juramenti, non fiunt validiora aut firmitiora. *L. 7. §. 16. π. de pactis.* Plura vid. apud BÖHMER in *diss. de Statu donat. inter virum & uxorem antiquo & hodierno.* Limitatio IV.

§. XLII.

Ex mente juris canon. singularis inde connubiis porro accedit vis: *Quod contra illa non admittat juramenti delationem.* Ratio sine dubio hæc est, quia juramentorum delationes tantum in rebus, quæ arbitrii sunt privati & de quibus transigere licet, locum habere queant. *L. fin. C. de reb. credit. L. 31. π. de jurejur.* Matrimonia vero ita sunt comparata, ut omnem respuant transactionem, *per cap. fin. X. de Transact.* hinc exulant in iis juramentorum delationes. Spiritualia namque & conscientiam quæ tangunt facilius construuntur quam destruuntur. *C. 2. X. de transact. episc.* & Deus quos conjunxit, homo separare non debet. STRYCK de *Dissensu sponsal. Sect. III. §. 10.* IV] Impedit
juramentide-
lationem.

in fine. Sed, uti jura canonica magis favent consummandis, seu conservandis, ac dissolvendis connubiorum vinculis; ita quoque priori casu juramentorum admittunt delationes. *C. 34. X. de jurejur.* quippe tunc quasi novo consensu contracta videntur. *GAIL. L. 2. observ. 34. num. 13. seqq.* Istiusmodi delationem juramenti etiam denegandam haud esse, existimat *ZIEGLER ad Lancell. L. III. Tit. III.* contra matrimonium, cujus vinculum adhuc est sub lite; & dubium, utrum contractum sit, an non. Donec enim de ipso connubio contracto non constat, transactioni omnino locum esse putat: quippe dum dici nequit, contra matrimonium fuisse transactionem, de quo, an sit contractum, notum non est. Cetera, juramentorum delationem quæ concernunt in sponsalibus, vid. apud *BÖHMER in I. E. Tom. I. Tit. XXIV. §. 61. seqq.* ut & in *Diff. de incongrua praxi doctrine de sponsal. de futuro & de presenti in foris Protest. Cap. II. §. 2.*

§. XLIII.

V.] Trans-
actiones.

Quod attinet ad materiam transactionis; in illa vis matrimonii ita se prodit, ut ex principiis juris canonici omnem rejiciat transigendi facultatem. *Cap. ult. X. de transact. GONZALETZ TELLETZ in Comment. ad cit. cap.* Ratio prohibitionis est desumpta ex matrimonii indissolubilitate, quippe quæ non est privati arbitrii. Proinde nec de causa matrimoniali in arbitrum vel arbitratorem compromittere licet. *Cap. pen. X. de restit. in integr.* Accedit huic quoque, quod juramenta & transactiones æquiparentur *L. 2. π. de jurejur.* Quemadmodum igitur juramentorum delationes, contra matrimonium decretæ, pro invalidis habentur: (§. XLII.) ita quoque transactiones, ad ejus dissolutionem tendentes, nullum effectum producere queunt. De cetero notandum est, transactionem, pro conjugii conservatione susceptam, non reprobari, sed omnino esse validam. *G. 2. X. de clandest. despons. MEY. P. V. D. 210. num. 4.*
Nec

Nec minus de causa matrimoniali transigere licet, quoties adhucdum de ipso vinculo matrimonii, & utrum inter litigantes vere contractum, disceptatur. Contra matrimonium namque transactum dici nequit, de cujus vinculo nondum constat. *arg. L. fin. C. de transact. BÖHM. in. I. E. Tom. I. L. I. T. XXXVI. §. 4. CARPZOV. in jurispr. consil. L. III. T. III. defin. 43. num. 5. seqq. T. IV. defin. 4. num. 10. seqq.*

§. XLIV.

Omnium quoque fere Juris canon. interpretum ea mens est, tantam nimirum matrimoniis inesse vim: *ut sententia contra eorum vinculum pronunciata, in rem judicatam transire nequeat.* Referunt huc casum, quando sit judicatum: nullum inter litigantes adesse matrimonium; vel iniqua divortii sententia lata; vel ex causa impotentiae pro matrimonii dissolutione lis decisa. Pro stabilienda hacce doctrina proferunt *C. 7. X. de frig. & malef. C. 7. X. de Sent. & re jud.* Sed BÖHMER in *I. E. Tom. I. Tit. XXVII. §. 43. 45. & seqq.* contrariam fovet sententiam, solidisque comprobat argumentis, id, quod interpretum cohors ex alleg. textibus elicere conatur, minime inde posse deduci, sed pluribus aliis textibus, quos ordine recenset, dilui.

V] Rem judi-
catam.

§. XLV.

Ex dispositione Juris Lubec. matrimonia tantam habent vim: *ut famulos famularve a servitiis liberos reddat.* Patet hoc ipsum ex verbis: *art. 5. Lib. I. Tit. 4.* Da sich ein Diensthote in seinem wählenden Dienste mit einem ehelichen versprechen würde: So stehet es ihm frey, aus seines Herrn Dienste zu gehen, und empfänget seinen Lohn nach Wochens Zahl, die er bedienet. Hat er zuvor etwas zu viel von seinem Lohn aufgehoben, das muß er zurück geben. Extra omnem itaque dubitationis aleam positum esse nobis videtur, solitaque connubii favorem constringere dominos, ut iis haud liceat

De Jure Lubecae VI] Libere a servitiis

D

liceat

liceat famulos famulasque a nuptiarum celebratione, pro lubitu detinere, vel præteriti temporis mercedem denegare, *vid. MEV. in Comment. ad d. art.*

§. XLVI.

Operatur
VII] Benefi-
cium compe-
tentia ratio-
ne conju-
gum.

Uterior connubiorum vis sese exerit: *in beneficio competentia.* Subsistit illud in favore legis, certis personis indulto, quo mediante tantummodo conveniuntur ratione æris alieni, in id, quod facere possunt. *L. 16. π. de re judic. & eff. sent.* Licet enim conclamata res sit, executionem esse decernendam in omne illud, ad cuius præstationem reus est condemnatus, nullo habito respectu, utrum facta solutione aliquid sibi retineat an non. *L. 4. §. 3. cod. quibusdam tamen personis, quibus accensentur conjuges, beneficio competentia ita a legibus est prospectum; ut, si ex causa debiti conventi, non omnibus bonis exui, sed necessaria vitæ subsidia ipsis relinqui debeant. Si igitur maritus dotis nomine, aut aliis ex contractibus ab uxore iudicio conventus, in tantum, quantum facere potest, executio decernitur. §. 37. J. de act. L. 12. π. sol. matrim. L. 20. π. de re jud.*

§. XLVII.

Leges id ip-
sum quoque
ad focerum
extendunt.

Propter vinculum affinitatis, quod intercedit inter focerum & generum, seu nurum, hujus beneficii favorem leges in illum quoque extendi volunt. Dotē proinde a focero durante matrimonio exacta, ulterius, quam in quantum facere potest, non est condemnandus. *L. 22. π. de re jud.* Sed vero, si soluto jam connubio petatur, effectus beneficii cessat. *Actus in L. 34. π. de jure dot.* ita dislerit: *Ceterum si manente affinitate dotem promissam gener a focero petit, utique, in quantum facere potest, focer condemnabitur. Si diremto matrimonio petitur, ex causa & persona id tribuendum puto. Ultimorum verborum mentem explicat. L. 22. π. de re jud.* De cetero ad-
hoc

huc notandum, istud beneficium ad heredes non transire Non vero ad
& ne fideiussoribus quidem prodesse. *L. 24. & 25. cod. L. 12. heredes vel*
sol. matrim. LAUTERB. in diss. de beneficio competentie. fideiussores.

§. XLVIII.

Ne uxor eum, cui corpus atque bona sua concredidit, Eximit VIII.]
suspectum habere videatur, & inter conjuges quaedam per- maritum a
fidia occasio exoriri queat; leges matrimonio istam quo- praestatione
que tribuere vim; *ut uxori, ullam a marito pro restitu- cautionis qua
enda dote eaque servanda cautionem exigere, prorsus sit dotem.*
interdictum. L. 1. & 2. C. ne fideiuss. vel mand. dot. Huic
legum civilium dispositioni respondent jura canonica. *C. 7. x. de donat. int. vir. & ux.* Interim ista regula suas
patitur exceptiones. Sciendum enim est, textus ex jure
civilium, quam canon. adductos, tantummodo mentionem
facere uxoris, cautionem pro dote a marito efflagitantis;
hinc inde sequitur, eos non posse extendi ad alios. Quo-
tius itaque focer vel extraneus, qui dote prospexit uxori,
cautionem in securitatem illius exegerit; toties ratio pro-
hibitionis cessat, & maritus ad eam praestandam omnino
est obstrictus. Cave tamen credas, maritum indiscrimi-
natim & promiscue istiusmodi cautionis exactione esse
onerandum. Potius, iusta semper causa ut adfit, requiritur;
Qualis ex fine, ne dos uxori pereat, sed salva maneat, de-
bet dijudicari. Pertinet huc, si quando maritus de fuga
est suspectus; bona dilapidare cepit; aut ad inopiam vergit:
ultimo quo casu, ne uxori quidem exactionem cautionis esse
denegandam, putamus: arg. *L. 24. sol. matrim. c. 7. x. de donat. int. vir. & uxor. Mev. P. II. D. 367. P. V. D. 236.*
Prohibita haec cautionis petitio, etiam maritum a pignora- Exceptiones
titia immunem reddere haud videtur. arg. *L. 7. §. 6. de donat. int. vir. & ux.* quod in *L. 2. Cod. ne fidei. & mandat.*
tantum fit mentio satisfactionis, quae proprie denotat fidei-
jussoriam. *L. 7. de stipul. praetor. L. 1. qui satisd. cog.*
Cui argumento adhuc accedere potest, quod fideiussoris
D 2 exactio

exactio solummodo contumelia eum adficere dicitur. *L. 17. §. 2. de Testam. Tut.* conf. HUBER in *prælect. ad Instit. Tit. de fidejuss. §. 3.* Ultimo denique loco dubium non est, quin fundamentum prohibitæ cautionis deficiat, si maritus volens lubensque ejusdem præstationi se obtulit; juxta vulgatum: quemlibet juri pro se introducto posse renunciare. LAUTERB. in *coll. n. Tit. de fidejuss. §. XVI.* Hodie hæc fatisdatio plane supervacua esse videtur, quod uxor intuitu dotis jam fatis est secura; juxta *L. 12. C. qui pot. in pig. L. un. §. 1. de rei uxor. act.* Hinc inde in Pomerania extra omnem esse usum, adfruit MEV. *P. II. D. 367. num. 6.*

§. XLIX.

Quandoque
EX.] Liberat
a tutela.

Peculiarem præterea legis statuerunt vim matrimonii fœcundis, seu ex quibus liberi sunt suscepti. Quum enim maxima romanorum pars varias ob causas, quas erudite excutit HEINECC. in *Syntagm. antiquit. Roman. P. 1. lib. 1. Tit. 25. §. 2.* a nuptiis abhorreret; reipublicæ tamen salus requireret, ut tantus civium numerus adfit, quantus ad justitiam administrandam, commercia exercenda & colendum agrum sufficere queat; non potuerunt non romani, quin certa præmia & privilegia connubiis fœcundis statuerent, quorum inter alia eminet: *Liberatio a munere tutelæ: pr. J. tit. de excusat. Tutor.* Volunt vero leges 1) ut liberi sint legitime nati *L. 2. §. 3. de excusat.* proinde a tutela non eximuntur adoptivi. 2) Tempore tutelæ sint superstites, sine discrimine, an sint sui, vel alieni juris. *L. 2. §. 3. & 4. eod. L. 2. §. 5. de vac. & excus. mun.* Excipiuntur tamen liberi in militia & bello decedentes, quippe qui *sec. pr. J. de excusat. tut.* in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur. Opus vero est, ut in acie perierint. *L. 18. de excusat.* secus ergo, si ab hostibus capti vel in obsidione mortui. *L. 2. C. de his qui num. lib.* 3) Denique requirunt leges, ut liberi jam nati sint. Horum inde

inde non habetur ratio, qui adhuc sunt in utero, licet alias sæpius pro natis habeantur. *L. 2. §. 6. w. de excus. L. 7. §. 26. w. de Statu hom.*

§. L.

Præcipua non minus vi gaudet matrimonium, *intuitu liberorum, ex priori connubio qui sunt suscepti.* Si namque alteruter conjugum ad secunda transit vota. *Exferit se X.] Si intuitu liberorum ex priori connubio susceptorum.*

1) Liberis prioris matrimonii omnia bona, morte unius conjugis ad alterum quocumque modo devoluta, qua proprietatem integra debent servari. *L. 5. C. de sec. nupt. Novell. 22. cap. 23. conf. LEYSER Specim. 300. medit. VII. WERNER P. I. observ. 93.* Dubium itaque non est, quin mortuo filio, pater retineat usumfructum in peculio ejus adventitio ordinario. *L. fin. C. ad Scr. Tertull.* Secus vero est in peculio extraordinario. *Novell. 118. cap. 2.*

2) Nec conjugum, ad secundas nuptias convolanti, plus in novum thori focium transferre licet, ac juxta *L. 6. C. de sec. nupt. Nov. 22. cap. 27. & auth. Ad eos C. de sec. Nupt.* filius vel filia habet, cui minor portio ultima voluntate relicta fuerit. De quarum legum usu vid. *WERNER P. III. obs. 55.* qui tamen contrarium defendit *observ. 120. conf. GERDESII diff. de usufruct. legit. quemadmodum caveat. cap. 2. §. 28.* Id quod etiam extendunt leges ad avum aviamque *L. 6. C. eod.*

3) Denique matri, secunda vice nubenti, liberorum prioris matrimonii tutela, & educatio est interdicta. *L. 2. C. qu. mul. tut. & auth. matri. C. eod. L. 1. C. ubi pup. educ.* Rationem prohibitionis suppeditat. *L. 1. cit.* Quod nimirum feminae plerumque novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicunt. Aliter hæc se habent in marito. In iis enim exulat suspicio mali propositi, intuitu liberorum prioris matrimonii, inde, quod uxoris imperio novus maritus non æque subiciatur, ac illa hujus fit obnoxia. Præterea inter omnes constat, tutelam esse patriæ potestatis effectum, quam, secundis nuptiis tolli, nusquam legitur.

§. LI.

XI.] In legiti-
matione, per
subsequens
matrimon.

Non solum respectu *liberorum legitimorum sed & naturalium* suam matrimonium vim prodat. Tantum enim legitimatio per subsequens matrimonium operatur, ut ex liberis, illegitimo thoro natis, efficiat legitimos, eosque omnis juris, quo ex iustis nuptiis suscepti, gaudent, participes reddat. *L. 10. C. de natur. lib. §. 13. F. de nupt.* Sub liberis istis autem naturalibus de jure civili non veniunt spurii, adulterini, incestuosi, aut ex furtivis amplexibus nati, sed tantum illi, ex concubina qui sunt suscepti. *§. ult. F. de nupt. Nov. 98. cap. 12. & 15.* Ad subsistentiam legitimatationis, quæ fit per matrimonium, leges requirunt instrumenta dotalia. *§. 13. F. de nupt. L. 10. C. de nat. lib.* testes prorsus rejiciunt. *Nov. 74. cap. 4. §. 2.* Nemo vero putet, dotem ac instrumenta esse partem legitimatationis substantialem; potius tenendum cum iustis legum interpretibus: quod nimirum hæc vocabula quandoque usurpentur pro conjugio ipso; quippe dum in illo plerumque, talia intervenire solebant instrumenta. *arg. L. 11. C. de nat. lib.* attamen iis deficientibus, matrimonium nihilominus subsistit, & liberi inde nati, jura legitimorum consequuntur. *L. 22. C. de nupt. L. 4. in fine de pig. & hypoth.* Quum basis legitimatationis sit subsequens matrimonium, juxta *Nov. 89. cap. 8.* sequitur inde: illam ad sui essentiam non plus requirere, ac matrimonium ipsum requirit. Multum huc faciunt verba *L. 5. C. de nat. lib.* Tam favorabilis quoque hujus legitimatationis est species, ut nuptiæ, in articulo mortis licet contractæ, pro validis habeantur. *L. 10. C. de nat. lib.* Coccejus in *diff. de matrimonio momentaneo.*

XII.] In con-
trahenda affi-
nitate.

§. LII. In silentio hoc loco involvenda haud est eadvis matrimonii, quæ operatur *affinitatem*. Hæc namque definitur, quod sit *proximitas personarum per nuptias tam legitimas, quam illegitimas contracta.* *L. 4. §. 8. c. de grad. & affin.*

Ubi

Ubi ergo adest matrimonium, ibi etiam affinitas. Hinc solæ desponsationes eam non inducere queunt, licet quoddam honestatis publicæ impedimentum efficiant. §. 9. *F. de nupt. L. 12. §. 1. & 2. L. 14. §. 4. w. de R. Nupt.* Quandoquidem vero vir & uxor per connubium una fiunt caro. *cap. 8. x. de consang. & affin.* & affinitas per illud contrahitur. *L. 4. §. 8. de grad. & affin.* sua sponte inde sequitur uxorem iis tantummodo affinitate jungi, quibus maritus est junctus consanguinate; quamcunque maritus itaque non potest ducere ob consanguinitatem, ei nec uxor propter affinitatem. Cessat inde nexus affinitatis inter utriusque conjugis cognatos, potius tantum contrahitur inter alterum conjugem & alterius conjugis cognatos. *cap. 5. x. de consang. & affin. c. 2. C. 35. qu. 5.* Plura videtis ap. BOEHM. in *Jur. Can. Tom. IV. Tit. XIV. §. XXIX. seqq.*

§. LIII.

Æque efficit vis matrimonii *successionem conjugum.* Pro iniquo enim habuit Prætor, eos easve, qui vivi fuerunt divini & humani juris focii, successionis privari beneficio. *L. 4. C. de crim. expil. hered. L. 22. §. 7. w. sol. matrim. L. un. w. & C. unde vir & ux.* Hisdem stimulis adductus Imperator, nihil omisit, quod ad istud Prætoris edictum, variis accessionibus locupletandum, quiddam conferre potuit. Id quod videre licet ex *Nov. 53. cap. 6. Nov. 117. cap. 5. Auth. Præterea C. unde vir & uxor.* Quum igitur ex modo breviter deductis patet, successionem conjugum in favorem matrimonii esse introductam; desiderarunt inde leges, justum ut non solum sit conjugium contractum, sed & ut mortis tempore adhuc subsistat. *L. un. pr. w. unde vir & ux. L. un. §. r. eod.* Hinc vinculo matrimonii modis, (§. XIII. usque ad XVII.) in medium prolati, dissoluto; cessat & succedendi favor. Pluribus hanc materiam excutit GERDES in *diff. de successione inter vir & uxorem.*

§. LIV.

XIII.] In
successione con-
jugum.

XIII.] In
successione con-
jugum.

§. LIV.

XIV.] In ma-
seria legato-
sum,

In constituendis *legatis* etiam leges aliquatenus ad vim matrimonii respexisse videntur. Nemini ignotum esse potest, cujuscumque generis legatarios; quibus sub conditione possibili & honesta aliquid est relictum, ad eam adimplendam sub poena privationis, seu amittendi legati, constringi legibus. *L. 1. 2. & 3. w. de condit. & demonstrat. L. un. §. 2. C. de caduc. toll. L. 5. §. 2. w. qu. dies leg.* Hoc nihil obstante, exceptionem paruit favor connubiorum. Constitutum namque legimus in *L. 22. 72. §. 5. L. 100. w. de condit. & demonstrat.* Quoties mulieri quid legatum sub conditione: *Si non nupsertit*: toties ea illud, quod relictum, conditione licet non adimpleta, petere potest. Eo tamen leges istud privilegium restringunt; ut, si quando persona extranea vel conjux conjugi aliquid illa sub conditione, ne secundas ineat nuptias, reliquit; legatum, nisi praestita cautione de adimplenda conditione, plane corruere, atque habendum, ac si relictum vel ordinatum non esset. Id quod in odium secundarum nuptiarum constitutum censemus. Aliam limitationem suppeditat STRYCK *de caut. Testament. cap. 20. §. 41.*

§. LV.

XV.] In man-
datis marito-
rum judicia-
libus,

Exinde denique vim matrimonii cognoscere licet: quod maritus pro uxore litem suscipiens, nullo indigeat mandato, dummodo cautionem de rato praestet. *L. 21. C. de procurat.* Sed vero id tantum de bonis receptitiis esse intelligendum videtur. In paraphernalibus enim, seu illis, quae uxor marito extra dotem administranda committit; nulla requiritur satisfactio, per *L. fin. C. de pact. conu.* Cui communis Drum schola calculum suum adjicit. BRUNNEM. in *Comment. ad d. leg.* Dotalia vero, neque mandato, nec cautione opus habent; quod actiones, intuitu dotis instituendae, sunt in dominio mariti, minime uxoris. *L. 9. C. de R. Vind.* Vides itaque, quantum efficere valeant connubia
in

in materia mandatorum judicialium, sine quorum exhibitione alias regulariter nemini alterius nomine sub pœna nullitatis experiri licet. *cap. 4. x. de procurat. BRUNNEM. in Proc. civ. cap. 7. num. 24.* Sufficiant hæc de varia conubiorum vi in causis civilibus. Progrediendum jam est ad illam, quæ exferit se in foro criminali seu delictis.

CAPUT III.

DE

VI MATRIMONII IN CAUSIS
CRIMINALIBUS.

§. LVIII.

Quemadmodum causæ civiles versantur circa interesse partium privatum, ita criminales contra respiciunt pœnam & satisfactionem publicam. Conubiorum non minor est vis in hisce quam illis. Mox enim ad pœnam exasperandam mox ad eam mitigandam facem præferre potest. Exemplo primo loco crimen adulterii esto. Variis sancitum est legibus, & remissione & intercessione conjugis innocentis ordinariam hujus delicti pœnam mitigari. *Nov. 134. Cap. 10. avth. sed hodie C. ad L. Jul. de adulter. Can. 7. & 8. C. 32. qu. 1. C. C. C. art. 120.* Quis vero non videt, mitigationis causam in sanctitate & matrimoniorum indissolubilitate, omni modo servanda, latere. Hinc inde sequitur, istiusmodi remissionem partis innocentis nunquam prodesse tertio seu socio criminis. *BRUNNEMAN. in Proc. inquis. Cap. 9. num. 36.* Quidquid enim in favorem alicujus causæ legibus statutum, ad aliam plane diversam nequit extendi: juxta vulgatum: *a diversis diversa fit illatio.* Quod vero ipsam attinet partium remissionem in causis adulterii, contingit illa vel tacite vel expresse. Posterius

XVII] Quæ
remissionem
conjugis in
crimine adul-
terii.

E

fit

fit intercessione judiciali conjugis innocentis pro nocente: prius præstatione debiti conjugalis adulterio jam comperto. CARPZ. in Pr. crim. II. qu. 55. num. 2. Nihil quoque propter generalitatem Nov. 134. Cap. 10. & avt. inde desumptæ referre videtur, utrum adulterium sit simplex an duplicatum. Lege namque non distinguente, nec nostrum est distinguere.

§. LIX.

XVIII] In crimine bigamiae.

Nonne vero in crimine bigamiae, uti, in adulterio, remissio partis innocentis mitigationis poenam efficere potest? Affirmantium sententia verior nobis ac negantium esse videtur. Ratio enim a sanctitate & indissolubilitate connubiorum desumpta æque hic adest ac in adulterio. Hinc nulla apparet ratio aliter statuendi in crimine bigamiae. Æquiparatur quoque ab Imperatore Carl. V. qua ipsam poenam cum adulterio in C. Cr. art. 121. verbis: daß die nicht weniger dan die Ehebrüchigen peinlich gestraffet werden sollen. Eadem statuit Jus civile juxta Nov. 117. C. 11. & avt. Hodie C. de repud. Nec obstat quod L. 30. C. ad L. Jul. de adult. poenam gladii simpliciter in alienarum nuptiarum sacrilegos faciat: quippe sub iis vocibus & bigamos & adulteros commode posse comprehendi deducit. BÖHM. in I. E. Tom. V. Tit. XVII. §. XXXIX. seqq. Sunt præterea Doctores, qui statuunt, verba: *Sacrilegos nuptiarum*: non esse Constantini M. sed Triboniani. conf. Kress. in Comment. ad cit. art. 121. num. 2. BÖHM. l. c. Tit. XVI. §. XIX.

§. LX.

XIX] In actione rerum a notariis.

Exulat porro propter favorem matrimonii inter conjuges *actio furti*, substituta huic, *actione rerum amotarum*. Competit illa ad res, constante connubio divortii gratia subtractas, simpliciter repetendas. Istiusmodi subtractionem a crimine furti non esse diversam, partim elucefcit

EX

ex ipsa definitione, partim exinde, quod in *L. 29. π. de act. rer. amot.* dicitur furtum; hinc opem & consilium adferentes actione furti tenentur. *L. 36. §. 1. pr. π. de furt.* Sed vero quia amori & reverentiæ, qua unus conjugum alteri obstrictus, plane esset adversum, famosis se invicem actionibus vexare ac sanctitati matrimonii vim quandam inferre, juxta *L. 3. §. 2. L. 2. π. de act. rer. amot. L. 22. §. fin. C. de furtis*, leniora remedia excogitarunt leges res durante conjugio subtractas vindicandi. Actionis enim rerum amotarum ea est indoles, ut neque infamet, nec ultra veram rei æstimationem ejus, quod est subreptum, se porrigat. *L. 36. π. de obligat. L. 29. π. de act. rer. amot.* Quæ omnia in actionibus furti secus se habent. Ad nuit huic legum dispositioni *Carl. V. c. cr. art. 165.* in verbis: So einer aus Leichtfertigkeit oder Unverständ etwas heimlich nehme von Güttern, der er sonst ein nächster Erbe ist; oder so sich dergleichen zwischen Mann und Weib begeben, und ein Theil den andern derothalben anklagen würde; sollen Richter und Urtheiler mit Entdeckung aller Umstände bey den Rechtsverständigen und an Orten und Enden, wie zu Ende dieser Ordnung angezeigt, Raths pflegen und erfahren, was in solchen Fällen das gemeine Recht sey.

Actionis rerum amotarum indoles.

§. LXI.

Ad substantiam ipsam actionis rerum amotarum requiritur, ut subtractio sit facta: intuitu divortii: durante matrimonio: divortio postea sequuto. *L. 25. π. de act. rer. amot.* Quæ itaque in matrimonio simpliciter auferuntur repeti queunt conditione sine causa; quæ ante illud contractum, conditione furtiva; quæ eo jam soluto actione furti. *L. 3. pr. & §. 2. L. 25. eod.* Actionum rerum amotarum tenetur conjux, licet omnis lucrandi animus absit vel tantummodo ope ejus subreptio facta. *L. 3. §. 3. L. 19. π. eod.*

De ejus re-quisitis.

E 2

§. LXII.

§. LXII.

XX] In poena
mariticii &
uxoricidii.

Sicuti in crimine furti & adulterii ob favorem matrimonii leges sunt mitiores, (§. LVIII. usque ad LXI.) ita vicissim *in mariticio & uxoricidio* magis sunt rigorosæ. Fides namque conjugalis consistit in exacta præstatione eorum, quæ ad sustinendam magisque societatem hanc perficiendam quidquam possunt conferre (§. XII.). Facile ergo exinde liquet, ejusmodi facto, quo destruitur plane societas conjugalis, fidem istam quam maxime violari. Quid mirum inde, si quando in tales malitiosos violatores graviores leges statuunt poenam ac in simplicem homicidam. Occisores autem conjuges venire quoque sub nomine parricidarum, apparet ex *L. 1. π. ad Leg. Pomp. de parr.* Poenam hujus criminis quod attinet, in *L. 9. pr. π. eod. L. un. C. de his qui par. vel lib. occid.* est cautum: ut istiusmodi parricida virgis sanguineis verberetur, culeo deinde cum cane, gallo gallinaceo, vipera & simia infuatur, postea in mare profundum culeus jactetur. In *Art. 137. Nemesi Carolina* de poena parricidarum ita inter cetera disponit: und man mag in fürgesetzten Mord, so der an hohen trefflichen Personen, des Thäters eigenen Herrn, zwischen Eheleuten oder nahen gesinten Freunden geschieht, durch etliche Leibes-Straffen, als mit Zangen reissen oder ausschleiffen vor der endlichen Tödtung, um grössere Furcht willen, die Straffe mehren.

§. LXIII.

XXI] In crimine lenocinii.

Prodit etiam vim suam matrimonium ratione exasperationis poenæ *in crimine lenocinii*. Illud committunt in genere, qui *feminas questus gratia ad concubitum exercentum tenet*: in specie vero *mariti uxores suas venales habentes*. *L. 2. §. 2. π. ad L. Jul. de adulter.* *L. 29. §. 4. eod.* In memoriam jam revocandum erit (ex §. XXIV.) illum videlicet non violare tantum fidem conjugalem, qui haud adimplet ea, quæ partis in contrahenda societate conubiali

nubiali sibi propofuerunt ut finem, fed & cum quoque qui negligit illud, quod leges ad hujus societatis fubftantiam requirunt. Volunt autem ac jubent, ut adfit unius mulieris & viri conjunctio (§. 1.). Hinc ille qui connivendo aut patiendo efficit, ut uxor fe pluribus junget fidem violat conjugalem. Hifce rationibus adducti LLatores tales criminis reos eadem notari pœna voluerunt ac adulteros ipfos: ceu licet videre *ex L. 2. §. 2. L. 29. §. 4. L. 37. π. de minor. Nov. 134. Cap. 10.*

§. LXIV.

Ut autem pœna in lenones maritos ftatuta locum habere queat, requirunt leges, ut admiffione hujus criminis quæftum facere intendant. Aliter ergo ftatuendum, fi quando maritus vel propter negligentiam; vel culpam; vel patientiam; vel nimiam credulitatem, uxorem cum pluribus corpus mifcere patitur. Tunc enim juxta verba *L. 29. §. 4. π. ad L. Ful. de adult. extra legem pofitus effe videtur. vid. CARPZ. in Pr. Cr. II. qu. 71. num. 23. feqq.* Difpofitionem juris civilis adprobat *Nemesis Carolina art. 122.* So jemand fein Eheweib oder Kinder um einerley Genuß willen, wie der Namen hat, williglich zu unehelichen, unkeuschen und fchändlichen Wercken gebrauchen läffet, der ift Ehrloß, und foll nach Vermögen gemeiner Rechte geftraffet werden.

De requifitis
hujus crimi-
nis.

§. LXV.

Notata dignum vis connubiorum exemplum fe exhibit porro: *in crimine receptus.* Hujus criminis rei dicuntur: *qui facinorofos abfcondendi gratia in fuo vel alieno loco refugium dolose præftant.* Licet enim legibus provifum, iftiusmodi facinoroforum receptatores eadem ac ipfos delinquentes adficiendos effe pœna. *L. 1. π. de recept. L. 1. pr. c. de his qui lar. L. 14. c. de furt.* ab hac rigorofa fânctione tamen exemptos voluerunt eos, qui pro tuendis cognatis atque conjugè fua capiunt confilia *L. 2. π. de recept.*

xxii] In cri-
mine recep-
tus.

recept. Hi namque non animo adprobandi delictum sed potius ex naturali adfectione seu vi amoris victi recepisse censentur. Si sanguinem suum juxta *L. 1. w. de his qui mort. sibi consc.* quomodocumque redimere licet, quidni & vitam conjugum propter arctissimum inter illos quod intercedit vinculum. *L. 3. w. de just. & jure.*

§. LXVI.

XXIII | In oc-
cultandis cri-
minibus.

Movet hic quaestionem CARPZOV. in *Proc. crim. III. qu. 134. num. 52.* An nimirum conjuges a magistratu requisiti, indicare teneantur, ubi latitet conjux delinquens, & obtenta ignorantia ad juramentum possit adstringi. Negantium sententiam affirmantium praerendam putamus. Sicuti enim in genere nemo alterius revelare delictum tenetur propter *L. 6. C. de sero. fugitivo. L. 48. §. 1. de furtis*, ita quoque hoc ipsum beneficium conjugibus non est denegandum; quorum plurimum interest, per irrogationem supplicii familiam haud dedecorari aut injuria quadam adfici. *arg. L. 2. π. de recept.* Nemo vero exisset, dictas personas plane immunes evadere velando vel tacendo crimina cognatorum vel conjugis, quippe dum istiusmodi consanguinitatis vel matrimonii favor mitigationem poenae tantum operentur. *L. 2. π. eod.* Plura videlicet apud CARPZ. *l. c. num. 60. seqq.* FRID. GERDESII *Diss. de jure revelationis.* BÖHMER in *Diss. de obligatione ad revelandum occulta.*

§. LXVI.

XXIV | in cri-
mine raptus.

Exerit se vis matrimonii in crimine raptus. Committitur illud abductione violenta virginis honestae libidinis gratia. Constituit vero jus canon. per *Cap. fin. X. de rapt. inc.* Si rapta nimirum puella in ecclesiae facie consenserit in raptorem, & prior dissensus postea transeat in consensum, hujusmodi matrimonium esse legitimum. Admisit hic Innocentius aliquid singulare in honorem matrimonii, quod

quod contrariatur & juri civili & conciliis particularibus. Prius comprobatur. *L. un. §. 1. & 2. C. de raptu virg. L. 54. in fine C. de episc. & cler. Nov. 143. & 150. posterius patet ex can. 4. 10. & 11. C. 36. qu. 2. Sanctioni juris civilis annuit Imperator Carolus V. art. 118. C. C. his verbis: und soll der Thäter nach den Satzungen unserer Vorfahren und unserer Käyfers-Rechten darvon gestraffet, und derothalben bey denen Rechts-Verständigen Raths gebrauchet werden. Jura Lubecensia e contra sententiam Innocentii, certa tamen sub limitatione, suam facere videntur. Verba art. 2. L. 4. T. 7. illa sunt, quæ sequuntur. Wird einem Mann seine Tochter, Schwester oder Freundin mit ihren Willen entführt, da sie anders kein Guth mit sich nimmt, dan ihre tägliche Kleider; nimmt dan der Entführer sie zur Ehe; ist sie 16 Jahr alt und darüber, so können sie an Leib oder Leben nicht gestrafft werden. Ist sie aber unter 16 Jahren, soll der Thäter mit dem Schwerdt gerichtet werden; die entführte Person aber hat sich in beyden Fällen dadurch ihrer Erbschafft von Eltern und Freunden unfähig gemacht, sie wollen ihr dan etwas aus guten Willen geben, soll aber in der Stadt nicht geduldet seyn. Conf. MEY. in Comment. ad d. art. BÖHMER in I. E. Tom. V. Tit. XVII. §. 148. & 149. Quid de jure germ. obtineat videlicet apud HEINEC. in element. Jur. germ. Lib. II. Tit. XXV. §. 214.*

§. LXVII.

Tantum quoque Jurium interpretes matrimoniis tribuere solent vim, ut statuatur, eam tam stupratorem quam ^{12]} In remissione pœnitentie ecclesiasticæ, stupratam a censura ecclesiastica facilius immunes reddere atque in favorem connubi inter illas personas postmodum contracti a Consistoriis esse remittendam. In foris ecclesiasticis hæc sententia fere ubique recepta & quantum ex variis nostri Consistorii Pomer. actis judicialibus perspeximus, in remittenda pœnitentia ecclesiastica, præprimis ad honorem matrimonii respicere solet, dummodo pœnitent-


penitentes huic collegio se fistant, gravitatem criminis fateantur & vitæ correctionem stipulata manu promittant. In decreto vero Illustrissimi Regiminis de an. 1724. die 13. mens. Novemb. speciatim est provisum: daß diejenigen, so ante benedictionem sacerdotalem contra sexum sich ver- gangen, ohne absonderliche dispensation des Consistorii mit der Kirchen-Busse so weit zu verschonen, daß sie nicht bey Nahmen zu nennen, noch aufstehen dürfen. Plura adhuc de varia vi connubiorum in causis quam civilibus tum criminalibus possent adduci. Sed ne limites dissertationis transgredi videamus filum jam abrumperere placet.



X2424232







B.I.G.

Farbkarte #13

187

E. 25. num. 1. *Phi*

1745, 2 5

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

DE

VI MATRIMONII LEGITIME CONTRACTI.

QUAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS CONSENSV

P R A E S I D E

VIRO MAGNIFICO, EXCELLENTISSIMO

P. 299
DN. AVGVSTINO BALTHASARE

JCTO. P. T. ACADEMIAE GRYPHICAE RECTORE
ET COM. PALAT. CAESAR. REG. CONSIST. AC SOCIET. TEVT.
GRYPHISW. DIRECTORE. J. V. D. ET PROF. ORDIN.
FACVLT. JURID. SEN. ATQVE DECANO.

PRO LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE JVRE CAPESCENDI HONORES

ET

PRIVILEGIA DOCTORALIA

D. XIV. SEPT. MDCCXLV.

ERVditorVM DISQVISITIONI
SVBMITTIT.

EMANVEL CHRISTOPH VON ESSEN

REG. CONSIST. SECRETARIVS ET

DICASTERII ADVOCATVS.

GRYPHISWALDIAE, LITERIS STRVCKIANIS.

